

## Universitätsbibliothek Paderborn

## Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica Recapitylatio

Molanus, Johannes Dvaci, 1616

Sexta die Nouembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

SANCTORVM BELGII.

242

lico sursum in se repræsentat: quam beatus Gregorius, regis Gracia filius & comobij illius primus abbas, atque fundator, illue aduexit. Per quam virtutes sunt facte, maxime in prægnantibus. Diciturque cadem fuisse quam barbarus ad custodiam sui telonei posuerat, cuius occasione est conversus. Hac autem tabula nune non extar, sed tantum in sacello, quod principali ecclesia ex latere adhærer, statua lapidea S. Nicolai cubitalis vique ad vmbilicum cernitur. Mains and hoofs

Et hæchoc loco dicenda fuerunt, eo quod villa Porzetensis, etiamsi diœcesis sit Coloniensis, subsit tamen Duci Brabantiz, & ad ducatum eius Limburgensem pertineat. a. Id est, equos sarcinis onustos, teutonice, som-perden.

## Sexta die Nouembris.

De sancto Uninoco confessore. Ex Vita scriptoribus ad V suardum notatis, & scriptis D. Petri Waloncapellij, Prioris in Monte S. Winoci.

N territorio quod vocatur Vorombelt, depo-fitio S. Winoci abbatis, egregij Christi rologio ecconfessoris, cuius vita virtutibus & miraculis cieste epsies plena refulsit. Qui in prædicto loco, multo tempore în Dei opere perseuerans, & plures în Dei seruitio aggregans, magnisque virtutibus, & gloriosis miraculis valde clarus, collectus est ad patres suos in senectute bona. Patrem habuit san-Stitate & pietate clarum, Gilquellum fine Indi- Robertus caëlum, qui decimus recensetur inter minoris Ganalis epi-Brytanniæ reges; fratrem primogenitum ludi scop us de re caleum, secundo genitum verò sanctum Indo- Gallica licum, quorum exemplo relicta paterna haredita- monius lib. te, circa annum sexcentehmum sexagehmum 4.6. 29.

Hh 2

à laterelmab-

perator wit

egociona.

n extra loc

im tum payar

ım, quibai b-

emque in the

m prælenteni

onarum Nonen-

& poltmodun

antiquitate, au

Czterum abbas

zaczkulo non

us est liberatus. & translatio-

ion fatis noto re luo, iterum

quam Theo-

ecdelia lancti-

pi hanis, com L. Arnoldes 20-

membra mua nim maiotaali-

a nondom ca-

oft dispersi funt

antoris luccel-

ordinis Cilter-

Dominim

autem hate-

Ini fundatoris

ım, à Calario

ulam elle cu-

lai ab ymbi-

lico la

RILL

lu

tu

III

tt

III

911

quintum innenis venit ad sanctissimum Bertinum abbatem, cum comitibus Cadanoco, Ingenoco & Masdoco, vbi coronam regni in ronsuram sortis Domini, & sceptrum regale in virgam regularis disciplinæ, commutauit. Cum autem beatus Bertinus, in suhiu monasterio merito & officio abbas, eos sub norma pij patris Benedicti docuiffet ferre suane ingum Christi, & inter ipsa conversionis primordia culmen perfectionis iam attigisse miraretur, locum illis attribuit in Morinorum territorio, qui vsque in præsentem diem Mons S. Winoci dicitur, vt cellam illic, sacris occupationibus congruentem, extruerent, in qua se mundo, & sibi mundum crucifixerunt Nec multo post Hademarus, vir moribus & opibus præclarus, Deo & beato Bertino, anno primo Childeberti regis, iuris sui prædium obtulit, Woromholt dictum, in confinio Taruanenfium, & Flandrorum, ad fluuiolum Penam situm. Quo mox abbas Bertinus supradictos Dei famulos destinauit, vt habitacula construerent, in quibus & Christus in pauperibus exciperetur, & monasticus ordo excoleretur. Erat autem eis in hae exercitatione cor vnum & anima vna, &, quod dici solet, erat alius alij dimidium animæ. Porrò post decession trium virorum beatus Winocus, ætate minor, sed non sanctitate inferior, gregi monachorum præpositus est, quippe qui iam humiliter subesse didicerat. In regimine autem constitutus, sanctitatis suæ fulgore subditos in Angelicam trahebat vitam. Quibus egregium ducebat ministrare, quia nouerat Christum non venisse ministrari, sed ministrare. Libens erat in laboribus, pro-2. Theff 3. pterillud Apostolicum, Qui non laborat, non man-

ducer:

SANCTORVM BELGII.

243

ducet: itemque illud Psalmographi, Labores ma-Psal. 127, nuum tuarum quia manducabis, beatus es, or bene tibi erie. Vnde quicquid operis aliorum manus, velut arduum & graue fugiebant, impigrè ille & incunctanter accipiebat. In tantarum autem virtutum argumentum accessit ei à Domino gratia fignorum. Est porrò memorabile quod mola quam in fratrum & pauperum vium libenter luis manibus rotabat, cum iam in fenili & defefsa esset ætate, diuinitus aliquando mota, copiam tarinæ enomuerit. Erat ille plane fidelis in domo Dei œconomus, animo & vultu hilaris, fide robustus, spe longanimis, charitate disfusus, in consilio prouidus, in intercessione strenuus, sapientiæ sale conditus, sorica virtutum contra spiritales nequitias instructus. His & id genus virtutibus armatus, Dominica bella peregit, octauo Idus Nouembris, anno septingentesimo decimo leptimo: & lepultus est in præd: o quod Wormhoult appellari diximus: estque non multo post propter memoriam sanctæ vitæ, & gloriam miraculorum, in Sanctorum catalogum inscriptus.

Huius autem patroni, & monasterij eius dignitate illectus, anno octingentesimo quinquagesimo secundo, Gerardus Comes Sperliacensis,
Sperliacum Wormholtano assignauit comobio,
vt ex eius comobij monachis Sperliaci monasterium construeretur. Coterum vterque locus paulo post à Danis subuersus est, corpore S. Winoci
in diui Bertini monasterio per annos sexaginta

quatuor delitescente.

Porrò Balduinus Caluus Flandriæ Comes, Bergas præsidijs & vallis, contra barbarorum in-

Hh 3

curlu

Inge-

n ton-

IR VII-

um au-

men-

ris Bei, & in-

perfe-

9 attri-

n præ-

cellam

xtrue-

ihxe-

ous &

anno

obtu-

Quo

os de-

ibus &

onastie exer-

d dici

ò post

ætate

mona-

militer

titutus,

am tra-

inistra-

iltrari,

s, pro-

n man-

ducel:

m

cursus muniens, eo obnitentibus Audomaricolis transtulit corpus S. Winoci, ad ecclesiam à se constructam in honorem sanctorum Martini, & Winoci. Confidebat enim eius meritis ac intercessionibus magis protegendam fore patriam apud Deum, quam per humana industriam. Postea autem, Canonicis negligentius diuina officia peragentibus, Balduinus alius, cui ob pulchram barbam Barbati cognomen datum est, ibidem monasterium S. Winoci construxit, & ad illud corpus sanctum transtulit ab inferiori ecclesia, vocatis ex Suhin monachis. Caterum præter natalem notantur & secundaria eius festa, Decimo Calendas Aprilis, eleuatio fancti Winoci abbatis: decimo quarto Calendas Octobris, gloriosa translatio corporis san Rissimi patris nostri Winoci abbatis: & terrio Calendas Ianuarij, aduentus corporis S. Winoci Bergas, anno ab incarnatione Domini nongentesimo, indictione tertia.

Hunc autem sanctum virum præcessit alius Vuinocus Britto, de quo scribit Gregorius Turonicus libro quinto historiæ Francorum, capite vigesimo primo, & libro octano capite trigesimo quarto, suisse reclausum, presbytetij honore præditum, tantæ abstinentiæ, vt tantum pellibus vestiretur, herbis agrestibus vesceretur, & vinum tantum ad os poneret, qui postea, per principem tenebrarum deceptus, plerumque ebrius cernebatur, & per temulentiam

male perijt.

Die septima Nouembris.

mo episcopo Ultraiectensium & Frisia.

Ex Beda, bistorijs Apostolorum Frisia, ac aliunde.

N Frisia, depositio S. WILLIBRORDI, archiepiscopi & confessoris. Cuius actus Beda presbyter